



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

7. De Magnaminitate. 6. p. med. 38.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

ad quàm tenerum eius amorem, ad quàm exactum eius obsequium? Gracitudo, amor, feruor diuini seruitij.

De Fortitudine.

De Magnanimitate.

} 6. p. med. { 37.

VI.

VII.

Dominica XXIII. post Trinitatem.

23. hebd. post Trinit.

De Numismate census. Matth. 22.

I.

I. PHarisæi mittunt ad Christum discipulos suos cum Herodianis interrogatum, an liceat censum dare Cæsari, an non? volentes eum capere in sermone, vt si negaret dandum, Cæsaris & Præsidis indignationem incurreret; si assereret dandum, apud plebem, quæ agrè ferebat sibi libertatem adimi, & tributum ab infideli Principe imponi, gratiam perderet, sicque Messias haberi desineret. Quàm detestanda istorum hypocritis, qui ore Domino blandiuntur, vt fraudem inducant: *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis perso-*

nam